

## De artificibus et artificialibus

It. Potasti nos vino compunctionis qui tunc sublimatur quando orando elevatur. Est ergo oratio sicut dicitur. Ascensio mentis in deum. Et ideo sublimatio fortis vini est oratio hominis compuncti qui vertit in pinguedinem olei: quia se ipsi oratione acquirunt abundantiam gratie spiritualis gaudij quod est ut quidam pinguedo siue repletio animi. Ps. xliij. Exiit te deus deus tuus etc.

Capitulum: XLIX

### Ornatus corporis

Ornatus mulieris est sicut rete diaboli ad decipiendas animas inuentum. Nam licet aliquae se excusent dicentes quod non se ornent ad decipiendum: tamen nihilominus similes sunt latroni qui non audet piscari in vivario domini sui vel venari in foresta eius tamen accomodat rete suum latroni audaciori. Sic et iste accomodant corpora sua diabolo ad decipiendum et capiendum animas: et bene volunt concupiscere licet non concupiscant. Aug. Non solum appetere sed et appeti velle criminiosum est. Et Chrysostomus dicit quod mulier si se decoraverit et oculos inuentum ad se traxerit: et si plagam non intulerit vindictam tamen exolvat extremam: venenum enim intulit: et si nullus qui biberet inuentus sit. Item ornatus mulieris est signum mortis spiritualis. Nam quando pannus sericus pontificali super feretrum: si gnum est cadaveris mortui: et quod ibi iacet mortuus sic in corpore ornato: signum est quod ibi sit anima mortua. Unde mulier ornata non est nisi feretrum ante mortue. Abacuc. ij. Ecce cooperit eum auro et argento: et spiritus non est in visceribus eius. An potest mulier deberet plangere filiam suam ornata quam si videret eam mortuam ante se. Eccl. xxij. Super mortuum seculi in anima plora: defecit ei lux eius: seculi gratie. Item mulieres se ornantes se habent ad modum cati qui difficile excoriat in capite quia. sicut in modum mulieres viri volunt dimittere ornatum capitis: ideo decalnavit dominus verticem filliarum sion et crimen earum nudabit. Esa. liij. Item mulier ornata decipit: sicut pellicarius qui volens vendere veterem pellem ut decipiat rusticos: dealbat aliquantulum aliqua albedine: qui excussa parum post portata apparet vetustas eius. Sic impudice mulieres volentes decipere viros: colores ponunt in facie sua: quibus re-

cedentibus apparet ruge et macule: quibus nihil absconditum quod non revelet. An tales sunt sumarium operum niue: et quando recedit niue apparet turpitudine eius. Esa. xlviij. Revelabit ignominia tua et videbit opprobrium tuum.

Capitulum: L

### Passio christi et

sanctorum suorum dulcorat nobis tribulationes nostras. Nam aqua amara transiens per aquam dulcem dulcis efficit et vinum dulce transiens per gariofilum fit gariofilatum. Sic tribulationes et tentationes quae per ipsum et sanctos suos transierunt: exemplo illorum nobis debent esse dulciores. Bern. Magna consolatio in tribulatione capite. Heb. xij. Recogitate enim quod tale sustinuit etc. Grego. Facta praecedentium recolamur et non erunt graviora quam toleramus. Sed quaedam sunt similes simile quod inveniunt amaritudinem in cortice nucis eam perijcit: et ideo non gustat de dulcedine nuclei. Sic aliqui infelices amaritudinem praecedentium tribulationis sentientes: exterius eam perijciunt et ideo consolationem interius non sentiunt. Sap. iij. Sapientiam et disciplinam quam abiecit infelix est. Dicit quod in palatio Iouis erant duo dolia vitae: unum de amaro vino: aliud de optimo: quia quicumque volebat bibere de optimo operabat eum prius bibere de amaro. Sic si mens appetit quod demulcet optet prius bibere quod dolet: ut dicit Grego. Item passionis et crucis Christi denota consideratio amaritudinem in dulcedinem vertit. An assimilatur arbori nucis. Si ei vis ut amari piscorum nuclei efficiantur dulces: surculum pisci platum super stipitem arboris nucis: et talis pisci producit magna poma si tamen cum floret irroratur lacte capni. Quid enim est amarus pisci nuclei nisi turbati et passionati hominis amarus animus: qui tunc stipiti nucis inserit: quoniam penas crucis meditat. tunc enim non tamen amaritudo dulcescit sed etiam magna poma pisci producit: quia. sicut amarus animus considerans penas Christi non solum amaritudinem suam per nihil ducit sed etiam in magna desideria perumpit quod quidem tunc floret. quoniam in alio feruente quod tamen lacte capni sunt irroranda. i. discretiois moderantem temperanda. Est et lac capni in tribus suis substantiis post femininum lac maxime tractatum. An merito lac capni de signat moderantem prudentiam: quod est necessarium in tribus substantiis. i. in tribus partibus operis. i. in principio: in medio et in fine.